

esse provocativum ad concupiscentiam quandoque est nomen vitii, quandoque est nomen conditionis naturalis. Mulier namque pulchra, est naturaliter provocativa ad concupiscentiam sui, & impudica, est vitiose provocativa ad concupiscentiam sui.

Et quia ornatu muliebris secundum se non est provocativus ad lasciviam, nisi sicut pulchritudo, ideo non est in specie vitii provocativus ad concupiscentiam secundum se, sicut nec pulchritudo naturalis; sed ex intentione utentis ornatu, seu pulchritudine, ad provocandum. Et propterea nullus ornatu muliebris ex hac ratione, quia provocativus est ad lasciviam, est secundum se peccatum mortale.

Ad ostensionem autem in oppositum, quod huiusmodi excessus, cum novitate preteritum, est contra dilectionem proximi, quia coguntur alii ad huiusmodi sumptus; respondetur, quod quam quilibet sequens malum exemplum novitatis, seu excessus, voluntarie inferat sibi ipsi hoc damnum novi sumptus, & hoc fit præter intentionem primi ornatu se novo excessu ut sit; nulla iniustitia committitur contra proximum, nullus actus fit contra caritatem proximi per se loquendo. Graviter tamen peccat primi utentes novitatis occasione, namque damno proximo, præferentes suæ vanitatis affectum proximorum necessitati. Quia tamen excusare se possunt dicendo: Non imitetur nos qui non potest, qui non vult: faciat unusquisque sumptus iuxta suas facultates, & non sit stultus; ideo nec contra caritatem, nec contra iustitiam actus iste est; valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates, & graves quas habet, dum & consuetudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria, ac stultitia non sine scandalo committitur.

Ad quintum dubium de imputatione ad culpam dicitur, quod quam unumquodque secundum propriam causam iudicandum sit, & non secundum occasionem; propria autem causa fit voluntas concupiscentis viri; mulier autem ornans se vane, nec per se, nec per accidens volens se concipisci, non causa, sed occasio tantum fit ruinae alterius: non est mulieri imputandus casus viri concupiscentis. Et quamvis det mulieri operam rei illicitæ, ex eius tantum opere non causatur ruina alterius, sed ex mala voluntate virorum: & propterea eventus iste remotus, & non intentus, non est ei imputandus; sicut nec

pulcherrimæ mulieri vane egredienti domo imputandum est peccatum concupiscentium eam, quam non concupiscenter, si dormi fuisset. Et scias, quod hæc omnia supra dicta, ut vides expressum est, intelliguntur de ornatu secundum se.

IV. Univerſa ergo Caietani doctrina hæc est. Pulchritudo femine naturalis, tamenſi ad venerem incitans, non est cupibilis: ergo idem de ornatu dicendum est. Procuratio ad venerem quandoque vitii, quandoque personæ nomen est. Porro quia ornatu muliebris eodem provocat modo ad libidinem quod pulchritudo, idcirco hæc provocatio non est in specie vitii reponenda. Insuper eiusmodi ornamentorum excessus neque est contra caritatem, neque contra iustitiam. Denique, cum causa ruinae concupiscentis femina sit amatoris viri voluntas, non ornatu mulieris; ideo ornatu iste, tamenſi superfluus, non causa, sed occasio dumtaxat est spiritualis lapsus. Quæ omnia intelligenda sunt, inquit Caietanus, secundum se, nimirum præcise pravo sine lætantiæ, superbiæ, libidinis, seu alterius vitii. Rationes Caietani adoptarunt Auctores citandi.

V. Sententiam itaque Caietani amplectuntur Lessius Lib. II. cap. iv. dub. 14. Layman Theol. Moral. Lib. II. tract. 111. cap. 1111. Navarrus in Sum. cap. 111. n. 29. Castropalaus tract. vi. disp. vi. punct. 7. Sanchez Lib. I. in Decal. cap. vi. num. 17. Diana tract. v. resol. o. alique recentis Probabilistæ. Laudatus P. Albertus de Albertis de orn. mul. disp. 1. cap. vii. §. 3. contendit neminem Theologorum postre adversari sententiæ, eo quod, inquit, de ornatu loquitur tantum ad venerem incitante loquuntur. Utinam hoc verum haberet! Ceterum Caietanus non modo de levi, sed de notabili quocumque excessu ad libidinem provocante loquitur. Quod ipse asserat muliebrum ornatum provocare ad lasciviam, ex textibus proxime adductis compertum est. Quod autem comprehendat excessum etiam notabilem, ex sequentibus eisdem verbis palam fiet. Hæc enim habet hoc. cit. ad quantum dubium.

Et licet superfluitas ornatu in pretiosis, respectu personæ sit vitiosa, si deſit tamen contemptus, & malus mortaliter finis, & lex, hoc est loquendo de ipsa superfluitate secundum se, non est peccatum mortale, etiamsi notabilis sit excessus; quamvis ignoranter quidam aliter crediderint, minus penetrantes naturam peccati mortalitatis. Nam ad peccatum mortale existitur

quod

quod sit contra caritatem, & non sufficit quod sit contra aliquam virtutem. Maximus namque excessus contra liberalitatem non est peccatum mortale. . . . Notabilis quoque excessus in mentiendi non est peccatum mortale, nisi ad perniciem, quæ contra Deum, aut proximum est, ducat. Et iam dictum est ab Auctore, quod fucatio quantumcumque non est peccatum mortale, nisi per contemptum, vel lasciviam: & non est dictum de fucatione parva, sed absolute. Constat autem quod inter ornatu mulierum fucatio pessimum videtur habere locum: & si ipsa absolute, ac per hoc quantumcumque sit, non est secundum se peccatum mortale, sed solum propter lasciviam, vel contemptum; consequens est ut male intellexerint dicentes, quod secundum Doctores communitur superfluitas, inabiliter ornatu est peccatum mortale. Oppolium liquidem hinc habes. Et ratio ne probatur: quia non est actus ille contra Deum, ut patet; nec contra proximum, cum non sit ad damnum alterius, sed ad propriam vanitatem; nec contra seipsum, quoniam in nullo lædit seipsum.

VI. Caietanus ergo duo defendit, & quod ornatu muliebris ad lasciviam incitet, & quod excessus etiam notabilis illius ornamentu sit culpa letalis expers. Neque sermonem habet de solo excessu gravi, qui ex nimio pretii valore confurgit; sed superfluum ornatum defendit, qui suapte natura, quemadmodum pulchritudo naturalis femine, ad venerem calcaria adicit. Hæc itaque via nequit in nostram sententiam Caietanus pertrahi. Hanc solum illius doctrina excipere interpretationem valet, quod ille spectat ornatum secundum se ad omni circumstantia sercerum, a prava nimirum intentione, a salutis proximi contemptu, & ab animarum inde profuente lætura. Quam explicationem, & limitationem utique ille ipse inculcat, & reperit. Hæc est unica via, ut ego quidem autumo, qua bono in sensu intelligi Caietani doctrina potest. Lessius, qui totam Caietani doctrinam excipit, minus caute loquitur: & ceteri posteriores Theologi qui eandem doctrinam adoptarunt, laxius illam amplificaverunt. Quare, ut mea præter opinio, operam ludere videtur P. Albertus de Albertis, dum præfatos Auctores in suam concedere opinionem evincere studet. Verum de his pluraquam satis.

§. X.

Patrum, & Theologorum auctoritate ornatus muliebris nimirum superfluitas letali culpa minime caret.

I. UT clarius sententia nostra innotescat, iterum in memoriam revocanda est superflui muliebris ornamentu notio, quam ex D. Ioanne Chrysolostomo in dialogo ad Basilium tradit Dionysius Carthusianus in Directorio vite nobilium art. 13. Ornatus superfluitas consistit in exquisitione vestimentorum, in compositione capillorum, in depictione, colorationeque vultus, & colli, & in appositioneque auricularum, vel aureorum, argenteorumque, aut aurum similibus ornamentorum. Ut alias dictum, & dicendum superius est, certa, & generalis regula istius superfluitatis sibi minime potest. Significand quoque, & non ratio, vultus pictura, vel gemmarum splendor provocans ornatu, eiusmodi est. Quare præcisa notio non nisi prudentem iudicio, & ex pluribus circumstantiis colligi valet.

II. Patrum auctoritates supra dedimus. Lubet tamen nonnullas alias adicere. Tertullianus omnium primus rationem a naturali pulchritudine accersit, quam Caietanus in patrocinium muliebris ornatu afferit, sub examen inducit, illamque rescit Lib. de cult. femin. cap. 11. Hic enim non modo ex inculpata pulchritudine vultus non inferet expertem crispinis ascitium ornatu: verum e contrario, neglectu ornatu diffimulandam nativam venustatem docet. Cum igitur & nostra, & aliorum causa versetur in studio periculosissimi decoris, iam non tantum consistit, & elaborate pulchritudinis suggestum recedendum a vobis sciatis, sed etiam naturalis preciositatis obtinendam dissimulationem, & incuriam, ut probe oculos incensibus moleſum. Nam, est occasus decore non est in felicitatis corporis, ut divine plasticæ accessio, ut anime aliqua vestis urbana; timendus tamen est vel propter inuriam, & violentiam spectatorem, quam etiam pater fidei Abraham in uxoris lux specie perinuit, & forem mentis Saram, salutem contumelia redemit. His paucis verbis Tertullianus omnia que recentiores ex Caietano (fortitan haud intellecto) obrudunt in defensionem muliebris ornamentu, perstringit. Primo ornatu femineum ex veste pretiosa, turgentis pectore, cincinnato capite, gemmis ac monilibus qua-

fitum,

strum, suggestum, seu thronum elaborata libidinis appellat. Deinceps addit, quod licet acculandus decor naturalis non sit, neque corporis felicitas, neque placifica divina accessio culpanda; atamen quodam incurrit, & dissimulationis studio, in tegenda, diffimulanda, negligendaque est, & speciositatis splendor modesto, verecundoque ornatum temperandus, ne spectatorum concitet animos, oculorumque aciem acuat. Et quantum rationum Tertulliani, rationi, & Scripturam omnino consonum, diliet a recentiorum metaphysica argumentatione, naturae, & Evangelio, ut mea praesertim opinio, repugnant. Pergit porro Tertullianus suam confirmare rationem, simulque ea confutare quae recentiores opponunt. Ostendit ideo mulieres se se ornare, ut placeant, ut appetantur; quamquam voce negent quod factum mentuntur. Tentationes quas excitant, scandala quae ingerunt, delerbit, atque altissimum caritatis mandatum eisdem transgredi evincit cap. I. & II. Quata denique est quae nec placere quidem extraneis concupiscat, nec non veli idcirco se expingere, ut neget appetitum? Quamquam & hoc gentili pudicitia familiare sit non delinquere, atamen velle; vel etiam nolle, atamen non denegare. . . . Non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis feminis. Quid igitur in te excitat malum istud? Quid invitans cuius te presertim extraneam? Tum quod tentationibus vitam a peccato non debemus, qua nonnumquam (quod Deus a suis abigit) insidando perficimus, certe vel spiritu scandalo permovent. . . . Perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & admisit iam in animo quod concupierit, & facta tu es gladius illi. . . . Expingamus nos, ut alteri pereant: ubi est ergo? Diliges proximum tuum sicut te ipsum? Nolite vestra tantum curare, sed & alterius.

III. Ex alio triplici principio videlicet ambitionis, prostitutionis, & prodigalitatis, Tertullianus execrat muliebrem ornatum, quem a cultu distinguit Lib. de habitu muliebri cap. IV. Habitus feminae duplicem spectem circumferat, cultum, & ornatum. Cultum dicitur quem nudum muliebrem vocant; ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur; iste in cura capilli, cutis, & carum partium corporis quae celos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. Subdit cap. IX. Brevissumis locis patrimonium grande profertur

Uno lim decies sestertium inseritur. Salsus, & insulas tenera cervix fert. Graecis aurum cutes kalendarium expandunt; & insulas per singulos digitos de sacris singulis habet. Haec sunt vires ambitionis, tantarum summarum substantiam uno muliebri corporeculo baulare.

IV. Tandem Tertullianus quasi divinatorum eorum quae in mulierum favorem excogitant Probabiliter aliquid, ea omnia fibi obicit, illoque ceu periculo doctrinae magisterios deridendo propinat. Praetertum illum placendi maritibus, iterum ut futile commentum repellit, ac si quaeritis extrinsecus artificibus indigerent vel mulieres, ut allicerent, cum nativa venustate angelos, seu filios hominum deceptum; vel viri, ut allicerentur, cum naturali impetu in mulieres rapiantur. Inquit enim Lib. cit. cap. II. Haec qualis sint, interim iam ex doctorem suorum qualitate, & conditione promittitur potest, quod nihil ad integritatem peccatores, nihil ad castitatem admatos, nihil ad timorem Dei desolatos spiritus aut monstrare poterunt, aut praestare. Si doctrina dicenda sunt; mali magistri malo docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine; nullius rei turpis mercedetona est. Quid autem tanti fuit ista monstrare, sive conferre? Utrum ne mulieres sine matris splendoris, & sine ingenii decoris placent non possent hominibus, quae adhuc inculta, & incomposita, & (ut ita dixerim) terrena, & rudes angelos moverant? An ne sordidi, & per gratum usum contumeliosi amatores viderentur, si nihil feminis in conubium allectis contulissent? Sed, missis rationum momentis, acutisque Tertulliani rationibus, lubet rem hanc praclaro illo epiphonemate concludere, quo ille tuum laudatum Librum aspiciatur. Si tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in caelis, nulla omnino vestrum, sorores dilectissimas, ex quo Deum vestrum cognovisset, & de facta, idest feminae conditione, didicisset, latrocinium habitum, ne dicam gloriosum, appetitum, idest potius affectaret, ipsam se circumferent Evam hagentem, & panitentem, quo plenus id quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti, & irridiam perditionis humanae) canis satisfactionis habitus exipiat. In doloribus & anxietatibus paries mulier. . . . Et Evam te esse nescis? Proit sententia Dei super sexum istum in hoc saeculo: virum, & necesse est. Tu es diaboli imago, illius resignatrix, tu es divina legis prima desertrix, tu es quae cum suisisti quem diaboli ag-

gre-

gredi non vahit. Tu imaginem Dei, hominum, tam facile elisisti. Propter tuum meritum, idest mortem, etiam Filius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente esse super pollicetur tuas turpitas?

V. Pauca ex aliis Patribus adicere praestat. Sanctissimus Martyr Cyprianus Lib. de discipulo, & habit. virg. Si tu te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te inventurus illicias, & suspicita adolefcentium post te trabas, concupiscendi libidinem nutrias, inspirandi fomenta succundas, ut veluti ipsa non pereas, alios tamen perdas, & veluti gladium te, & venenum videntibus praebas; excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica. Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus; nec computari iam potes inter puellas, & virgines Christi, quae sic viris, ut possis adamari. Locustem te dicit & divitem. Sed latere divitiam suam virginem non deceat. . . . Divitem te sentiant pauperes, locupletem te sentiant indigentes. Patrimonium tuum Deo fovera, Christum abice. Hinc sane liquet quam arbitraria sit P. Lessii, aliorumque Theologorum distinctio, quae dicitur Cyprianum damnare peccati mulieres quae eo animo se se ornant, ut ad libidinem viros concitent. Quippe luculentissime sanctus Martyr hoc praevincit, reitricque commentum his verbis. Etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas; & veluti gladium te, & venenum videntibus praebas; excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica. Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.

VI. S. Chrysostomus mulieres nimium comptas foris comparat, a quibus vix distingui illas posse ostendit, improbatque exculationem procul viri sui. Sic enim scribit Tom. V. ult. edit. in Palm. xlviii. pagin. 513. Ubina sunt hodierna mulieres? Comparantes illas cum Sara. Num talia mandata excipiunt talia opera? Profer mihi ornatum cupidae mulieris. Manum, eamque extrinsecus nautatam vides; intus autem quasi obfessam. Quot, queso, pauperum praedam manus tua gestat? Profer manum tuam, ostende illam. Quo induitur? rapina. . . . Quid facis? Te comis & ornas mulier? Cui vis placere? Viro ne tuo? Malum studium, sivo- sic placitura es; si sic studes ipsi placere. Quomodo igitur placebo? Continentia. Sed qua ratione placebo? Modestia philosophica, manufactivenda, caritate, concordia, consensu. Haec omnia ornamenta tua, mulier. Haec virtutes tuae concordiam parant; illi vero ornamenta.

Cocq. Theol. Tom. II.

tus, ut placeas, non efficiunt, verum id praestant ut viro oneri sis. . . . Ut autem dicas te viro non placere, domi illa deponis, & in Ecclesia illis circumornaris. Si ut viro placeres, domi illa gestares. Verum, ut dixi, in Ecclesia ingrediens auratis manibus, & collo. Si venerit Paulus, terribilis simul ille, & amabilis, terribilis peccatoribus, amabilis pie videntibus, clamabit, & sic dicat: Mulieres oportet ornare se non auro, & margaritis, & veste pretiosa. . . . Quid tibi utilitatis affert aurum, o mulier? . . . Cur vestes sericas, & ex quo habes aureis frenis, multaque ornatum decoratus? Mala ista ornatur, aurum in tegumento tenetur. Pecunias multa rationis expertes circumferunt, quae aurea frena habent; multa rationis expertes ornantur; & pauperes fame confectus praefortibus suis sedet, Christulique fame necatur. O summam dementiam! Quae desensio?

VII. In alio vero sermone eiusdem Tom. VI. edit. Paris. 1588. acrius declamat in hunc muliebrem luxum tamquam meretricibus, sicut castis feminis contentanum. Unde enim, die mihi, poterimus postica talia virginitatem ordinarum, & societate eximere, quando & ipsa idem facit quod ille? Quando scilicet, ut adolescentem totam adolevit, superba incedit, & intemperans eadem pharmaca terit? Quando eisdem letales succos miscet, eumdemque parat pulverem? Sed non dicit: Neus, adfeso, amore implicemur: nec dicit: Aspersi accubuntur ipem myrra, abo, & cinnamomo. Utinam accubimur, & lectum, & vestes, & corpus: ille enim domi esum occulant, tu ubique laqueum circumfers, & expandis voluptatis alas obambulans in foro. Sed non dixisti, nec convulisti verba illa meretricia: Neus, amore irvoluamur. Non locuta es lingua, sed locuta es gestu: non locuta es voce, sed locuta es oculis clarius quam voce. An ideo excusatum te putas, quod non vocaveris, non obtuleris te ipsam? Neque sic a peccato liberaris. Est enim & hac quadam fornicationis species. Pura mansisti ab iniuria corporis quidem, sed non anime, & completum tu a peccatum, etiam si non per coitum, sed per aspectum. Cuius enim gratia vocas praetereantes? Cur accendas ignem? Quomodo te puram putas a peccato, cum totum illud opus operata sis?

VIII. Hieronymus episc. ad Eustochium: Si vir, vel mulier se ornaverit, & cultus hominum ad se provocaverit; etsi nullum inde sequatur dampnum, iudicium tamen patietur aeternum: quia venenum attulit, si fuisseque bibo-

K

biberet. Plurima que ex Nazianzeno, Basilio, Athanasio, Clemente, alicuique Patribus asserere possent, missa facio.

IX. Theologorum qui nostrae suffragantur sententiae, agmen ducit Divus Thomas 2. 2. quæst. exix. art. 2. *Si hac intentione se orient, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter lascivitatem quædam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale. Non semper est mortalis, inquit, eiusmodi superflui ornatu, ut omnes fatentur; sed quandoque venialis, quod confirmatur ex doctrina quam de scandalo tradit idem Angelicus 2. 2. quæst. xliiii. art. 4. Scandalum autem advenit, si sit per accidens, potest esse quantum quidem peccatum veniale, puta quam aliquis vel actum venialis peccati, vel actum qui non est secundum se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi indiscretione committit. Quandoque vero est peccatum mortale, siue quando committit actum peccati mortalis, siue quando contemnit saltem proximi, ut si pro ea conferenda non pretermittat aliquis facere quod sibi libuerit. Porro mulieres lenocinante ornatu comptas proximi saltem contemnere planum est. Hinc liquidum ornatum libidinem accendere compertum est vel ipsis mulieribus. Hoc autem spirituale proximi malum flocci facit ut lux indulgent vanitati.*

X. Quare Sylvester hanc propugnat sententiam ut germanam D. Thomæ doctrinam, in verb. Ornatu quæst. 111. Quando in ornatu superfluo est peccatum mortale, vel veniale? Dico de mente S. Thomæ, quantum ex doctrina eius colligitur. Quod si consideretur in se quantum ad factum ipsum, est mortale dupliciter, scilicet si considerata circumstantia persone, officii, loci, temporis, & huiusmodi, sit excessus, vel defectus notabilis, qui certa regula determinari non potest; vel si ex hoc detur proxima scandalum, vel occasio peccati mortalis, quod est, quando excessus notabilis est arbitrio boni viri, & non generali regula determinabilis. Si vero excessus non sit nullus, erit occasio accepta, & peccatum veniale.

XI. Perdoctus P. Albertus de Albertis loc. cit. plurimum Theologorum, & Summatarum textus transcribit in confirmationem nostræ sententiae. Brevitatis gratia nomina tantum, & loca hic ego recensibo. Alexander Aletius II. Par. quæst. cli. memb. 2. & par. xv. de manduc. Euchar. q. xi. art. 2. §. 4.

q. ultim. Nicolaus de Auzimo in supplem. summa Esplanelle verb. Ornatu vest. 5. D. Bernardinus Senensis Tom. I. sem. xiv. & seg. D. Antoninus II. Par. tit. iv. cap. v. §. 7. & citat Petrum de Tarantalia, Baptista de Salis in summa verb. Ornatu conclud. 3. Baptista Trovatiola in summa Rossella verb. Ornatu conclud. 3. num. 3. Angelus Ungarellus in commentariis super eadem summa num. 1. verbo Et uxor viro. Ioannes Maior in II. dist. xv. quæst. xv. Alexander Anglus in summa par. vi. cap. 11. num. 15. Nicolaus Auriflcus in summa tit. 111. cap. xiv. art. 11. Magister Ioannes Herolt cogitamento Discipulus ser. cxli. de septem peccatis mortali. Ioannes Azorius par. 111. Inst. Lib. III. cap. xxx. Franciscus Suarez disp. x. de civit. sect. 111. num. 10. Jacobus Gordonus Tom. I. Theol. Moral. Lib. VI. q. xxv. cap. v. §. 2. quæst. 111. Jacobus Grandino 2. 2. D. Thom. contr. 11. tract. xliii. disp. 9. sect. 5. Angelinus Martius in tract. de superfluo ornatu mulier. cap. vi. Bernardinus Butius par. II. Rosar. ser. xviii. par. 111. Andreas Gellomius in Thesaur. calisti devotionis B. Virg. cap. xii. Plurimos alio laudat P. Albertus de Albertis, nempe Arreftanum, Ioannem de Erburgo, Urian, Lessium, Filiucium, Vigerium, Grassium, Baldellum, Laymanum, Hieronymum Soprannis, quos omnes favere lux sententiae allerit; cuius rei veritas penes ipsum lit. Quia enim ad hos fontes digium non intendi, adeo factum iustit in medio relinquo.

XII. Tres dumtaxat celeberrimos, sanctosque Theologos adicere omnibus laudatis mihi liceat, Dionysium Carthusianum, D. Carolum Borromeum, B. Henricum Sotonem, quorum verba etiam transcribam. Dionysius Carthusianus in Tom. epist. in directio. vine nobilitum quatuor integris articulis nempe 13. 14. 15. 16. omni argumentorum genere nostram confirmat sententiam. Pautica transcribam ex art. 14. cuius hic est titulus: Quod in peccato ornatu superfluo, & vestitu pompatico scandalizatum consistat mortale peccatum. Hoc porro pacto suam sententiam evincit. Sancti Patres, & gloriosi, illuminatissimiq. Doctores contra ornatum superfluum, & exquisitum, curiofum, superfluumque vestitum iam rigore non scriberent, nisi in eis mortalem culpam existere indicassent. Venialia quippe peccata talem reprehensionem, & condemnationem non pro-

merentur. Hinc quidam Nobilis scribit in suo tractatu: Mulieres inaniter ornantes plus sibi necent quam aliis, quia mortaliter peccant, etiamsi non alliciant alios... Preterea, simul nec appetit virum, nec appeti cupiat, indifferet amari, & inordinat ornatum suum, polchritudinemq. ostendat; laqueum aliis intenciendo, mortaliter peccat; quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo: & qui fodit foveam, incidit in eam... Denique Apostolus iubet: Mulier debet habere velamen super caput suum propter Angelos, idest Sacerdotes, & Clericos, spiritualesque viros, ne cadat per eam. Precedenti quoque articulo ex verbis sanctorum Cypriani, Hieronymi, Chrysostomi, atque Ambrosii est probatum, quod mulieres, & virgines se ita ornantes, & ostendentes præbet viris, & in omnibus peccandis fundamenta, incitamentum libidinis, & veluti gladium, ac venenum intuentibus se exponunt. Insuper Hieronymus ait: Nitor, ornatu, & specie mulieris ignis est incenium, fomenta libidinum, impudice mentis indicium. Quomodo potest sua peccata deslere qua cutam vidat, & sulcos in faciem ducit? Ornatu iste non decet Dei, sed velamen est Antichristi. Quia sollicitudo ad calum erigit, quos Conditor non significavit?

XIII. D. Carolus Borromeus in Monitis ad Confessarios hæc scribit italico sermone. Pecca ancò mortalmente la persona nel modo dell' ornati, quantunque la spèa non passi lo stato, e facilità sua; come te l'ornato è induttivo da se a lascivia, o veramente per comune interpretazione degli uomini, ovvero, se quantunque non sia induttivo da se, nondimeno s'accorge, o dubita probabilmente che per occasione di tal modo d'ornamento non usato comunemente dalle persone probate del suo stato, qualche persona particolare si muova ad amarla inonestamente, o si putricka in quello peccato, e tuttavia fa niuna, o poca stima della salute spirituale del suo prossimo, quale vede rovinare in quello suo straordinario ornato, e persevera pure in ello.

Duo hic docet Sanctus Carolus. Primum quod ornatu superfluo, qui natura sua, aut communitati hominum iudicio ad lasciviam provocat, lerali noxa pollutus sit. Alterum, quod licet ex se ornatu iste immodicus ad venerem non extimulet, si tamen mulier probabiliter prævidet, aut dubitet ex eodem aliquem determinatum virum turpi amore affi-

ci, & nihilominus illum gestare pergit, eam mortaliter delinquere, docet S. Archipresb.

XIV. B. Henricus Sulo Montensis, evangelice penitentie prodigium, ac divina sapientia splendore mirandum in modum illustratus, uberrimeque celestium charitatum copia instructus, in suo tractatu, quem peculiariter Dei revelatione composuit, quemque inscriptis Collogia spiritualia IESUM inter & F. HENRICUM SUSONEM, cap. x. hæc scribit lingua vernacula. Delle donne fu perbe, ed impudiche, della loro dannazione, ne cap. x. CHRISTUS. Inducit Christum loquentem. Ma vedi in oltre dove fo cadute le donne, e quanto dal sesso femminile rimanga in questi tempi disprezzato, e calpeitato l'onore, ed il timore di Dio: perchè si trovano nel mondo tante femmine le quali hanno perduta ogni vergogna, e sono più impudiche, e scacciate degli uomini. Io non parlo delle donne ne oneste, pie, e religiose, ma di quelle che sono donate al mondo, e con le parole, e con i fatti, e con le vesti, e con i costumi consumano il tempo, il cuore, ed i sensi negli amori delle creature, e vogliono piacere più agli uomini che a Dio. Queste sono spelonche di ladroni, e voragini d'inferno. Dio disfirmala i lor peccati, e le sostiene con gran pazienza; ma ad ogni modo non giova: e pure vogliono essere tenute marione oneste, e da bene, e puzzano più a Dio che le meretrici pubbliche: poichè queste almeno tremano, e vivono con timore, e gran rispetto della loro salute; ma quelle camminano sicure con temerità senza faccia, e senza fronte, perdute per la loro srenata, e tacita disonestà in una obblivione miserabile di Dio e dell'anime loro. Onde lono più care a' diavoli che le meretrici: perchè comprendo do nelle vesti superbe, nel passo, ne' gesti, nelle parole, negli occhi sempre impudiche, e disoneste, metitano, e muovono più gli uomini alla libidine, che non fanno le donne pubbliche; e così i diavoli guadagnano più da loro che dalle altre. Creddimi che nell'anno ogni giorno commettono cento peccati mortali, e non ne concolano pure un solo; ma si tengono onorate, e da bene. E pure quanti giovani, e quant'liccioari vendolendo comparire tanto belle, etan' o libere, ed oneste, le desiderano con animo deliberato: il che spesso interviene, ancorchè non le possano ottenere. Ma di tutti i lor conflenti, e peccati inter-

ni, e mortali sono ree, e partecipi queste donne: perchè con l'abito lalivo, e con l'andare disonello, e con l'occhio impudico danno cagione a chi le vede di bramarle e di peccare: anzi fe' l'uomo con l'occasione di vederle nelle strade, nelle piazze, e nelle Chiese si sente infiammato, e talmente provocato a libidine, che per sfogarsi vada alle meretrici, di tutti i suoi peccati sono ree queste misere; febbene non lo credono, e non lo vogliono intendere. Ma sappi, che nella morte i diavoli pongono loro avanti agli occhi le superbie loro, le compiacenze, le vanità indegne, e tutti quelli peccati, che non hanno mai intesi; e così sicuramente le conducono a disperazione, ed alla morte eterna. Nè vagliono a loro salute i sacramenti delle Pasque, nè i viatici santi: perchè in vita prendono il sacramento con animo di comparire come prima nelle vesti, e ne' costumi; e nella morte non si ricordano de' loro peccati, nè meno gli sanano: onde mi ricevano in un cuore fardido e puzzolente: e meglio farebbe per loro ricevere nel petto cento mila diavoli che Dio vivo, e tremendo in peccato mortale. Ma guai a Confessori, che non illuminano queste donne misere, e infelicitissime.

XV. Labet integram textum latine reddere ad omnium intellectum. Sic ergo Christus ipse sui servi ore loquitur. Sed infusus per recogita, quo sint prolapsae mulieres, & quam a femine sexu temporibus timor, & amor Dei conteratur, atque persuntur mulieres, quae pudore omni exuente, praeter viris ipsi impudice sunt, & effrontes. Mulieres honestas, pias, ac religiosas non alioquor: sed illas quae mundo deditur, verbis, factis, vestibus, moribus, quae tempus terunt, corde, & sensu hominum amoribus immolant, pluraque visis quam Deo placere student. Haec sunt latronum speluncae, voragineque infernalis. Illarum flagitia Deus distulit, magneque illas patientia sustinet abique ullo profectu. Ipse interim honeste, morataeque matrone haberi voluit; & tamen fecit Deus Deo olent quam publica scorta. Quoniam haec sepius saltem tremunt, atque in timore, & tremore vitam agunt, laqueus salutis angore percellantur. Verum illae fronte fracta, magneque temeritate petitionis viam securae obambulant, atque

impotenti, & tacita inhonestate captae, in tremenda Dei, suarumque animarum caritate ducunt dies suos. Quare cariores demonibus sunt quam meretricibus. Quippe superbi induta vestibus prodeunt, gestu, incessu, verbis, oculis semper impudicae, & inhonestae plus incitant, & movent homines ad venereum quam feminae prostituta. Qua ratione plures illarum quam istarum lenocinio animas lucrantur diabolici. Credas mihi velim, centum letalia crimina animo in dies singulos ab his perpetrari. Nec propterea vel unum dignoscunt; sed pudicas, beneque moratas se se reputant. Et tamen quot iuvenes, quot viri illarum pulchritudine, ac tam libere impudicitiae prospectu obcecati deliberato animo easdem concupiscunt? quod saepius accidit, etiam si affeque illas nequeant. Quapropter omnium istarum confessionum, ac letalium criminum ree sunt, & participos feminae istae. Quoniam lasciva veste, incessu impudenti, oculisque impudicis peccandi occasionem videntibus praebent, & ansam easdem percipiendi. Quin si homo has mulieres vanas in plateis, & in templis spectans, ita ad libidinem accendatur, ut ignem extincturus prostituta petat, omnibus his flagitiis obnoxia sunt misellae istae: quamvis credere hoc, neque intelligere velint. Scito, morte instante, demonem in illarum mentis oculos superbarum, delictationum, indignarumque vanitatum, & aliorum scelorum, quae nunquam agnovent, spectra ingerere, ut securus in desperationem, & aeternae mortis abyssum illas detradat. Nec earum facti propter palchra sacramenta, nec facta vitiata, eo quod in vita sacramenta suspiciant animo perfectandi in luxu, pompam, pravumque consuetudinum abusu. Nec in mortis extremo peccatorum, quae propria malitia ignorant, recordantur. Idcirco me in corde fardido, putidique recipiant; meliusque illis foret centum millia demoniorum quam unum denum vivum tremendumque in peccatis mortali crimine pollutum admittere. SED VAE CONFESSARIIS, qui has miseras, infelicitissimasque mulieres illuminare negligunt.

XVI. Eni doctrina, quam viri Dei caelestis sapientia illustrati, seu quam Christus ipse sanctorum ore nobis revelat. Facessant ergo metaphysicarum speculationum neque, ac inanes distinctiunculae quorundam Calculistarum procul abeant, ut sanctorum Scripturarum

pra-

praecipiones, atque Ecclesiae Doctorem, quos Deus constituit regere populum suum, sententiae sint regulae conscientiarum nostrarum. Verum, ne solis auctoritatum momentis causam nostram defendere videamur, ad rationes quibus innititur, explicandas accedamus.

§. XI.

Eadem sententia rationibus evincitur.

LEX his quae haec sunt, rationum momenta luculentissima in assercionis nostrae confirmationem elicere & explicare libet. Quorum primum sit. Superfluum muliebrem ornatum naturam, divinoque precepto vetatum esse, certum, atque compertum est. Quae propositio ex documentis, quae ex eisdem Scripturis, & Patribus adduximus, patet, & postquam ex illis Apostoli verbis, sit, & solo; quae verba sane praecipientia sunt. Porro quae praecpta, quae rem gradus excipientem vetant, in materia levi leviter, in gravi graviter obligant. Mortalis itaque erit ornatu notabiliter superfluum. Leonardi Lesii responsa, quae a Caetano excipit, iam supra reiecta sunt, cum Patribus omnibus, ipsique communi sensui adversa. Nec P. Lessius, five recentiorum quiskum quid rationis essent, cur exhortationis loco haberet Apostoli verba debeant: vel quod propter Ethnicorum edificationem immoderatus ornatu vetitus sit. Confirmatur luculentius producta ratio. Quodcumque, ac oppido ad venereum allicientem ornatu severe prohiberi, bono communi, ac optimo Reipublicae regimine congruit. Quippe haec prohibito ex una parte multa de medio incommoda, & gravissima damna tollit; ex altera nihil damni infert. Ergo ita gravis haec prohibito est, ut illius transgressio mortalis sit. Neque, si valent, recentiores Casuistae, muliebri ornamenti patroni, malorum stragem quam haec immodica ornamenta inducunt. Negabant ne qualique fere Respublicae eiusdem immodicas pompas, tamquam divitiarum, & pudicitiae pestem vestale? Qua itaque ratione infestas ibunt, superfluum notabiliter istarum pomparum abulum esse letale peccatum?

II. Accedit quod questus ornamentorum lenocinios mulieres provocant spectatores ad libidinem, ut sapientes omnes Ethnici, ne dum Christiani, docent. Cum enim ipsa

Com. Theol. Tom. II.

muliebri pulchritudine, licet neglecta, & incompta, turpiculas flammis excitet: quas factas, quae incendia non accendit; si concinno ornatu adiecto, & pigmentis delibata infirmorum hominum oculis se se conspiciendam, spectandamque offerat? Quare Patres omnes clamant muliebria ornamenta esse juvenum laqueos, animarum perniciem, castitatis scopulos. Porro qui praebet alicui occasione peccandi mortaliter, ipse prius letale flagitium perpetrare non dubitatur. Sic igitur mulieres speciosa pulchritudinis forma, & exterioris cultus illecebris reapse virorum corda emolliunt, & ad libidinem concitant; consequitur ornatum hunc graviter criminolus esse. Prima propositio pluribus iam momentis manifesta est. Secunda primam consequitur. Dissipatiunculae, & metaphysicae subtilitates quae opponi solent, quaeque in morum regulis delignantur inerte sunt; & futiles, iam supra ex ipso Tertulliano reiecta fuerunt. Adde postremo loco Christianorum quolibet caritatis lege debere se se ab ipsis operibus indifferenteribus, & etiam ex consilio bonis, abstinere, quoties abique suo incommodo id praestare valeat, ut proximi spirituale damnum declinet. Porro mulieres abique ullo incommodo, immo cum maximo emolumento superfluum ornatum dimittere possunt. Ergo gravi inficitur flagitio, si ab hoc immodico corporis cultu sibi temperare nolint.

III. Nec est quod reponas, latere mulierem, alique determinatum Christianum offendiculum passurum ex suo proprio cultu, inique vultu candida forma. Quoniam, ut criminis percipere fiat, factus est illius ornatu, quem nulla urgente causa ostendat in publicum, quae laepe natura ad luxuriam pellere alicquem indeterminatum virum. Quoties aliquem determinatum virum. Quoties exquisitus cultus naturali pulchritudini adiectus notabiliter ad venereum incligat, nihil refert quod in hoc, aut illo viri flagitium excitet: nihil refert quod mulier ignem alicquem determinatum hominem luxurie igne perurendum fore in illius contemplatione. Nec altera exultatio profert, nempe ex malitia viri, non ex cultu feminae, venereum incitari. Quoniam, dum ornatu immodicus est, graviterque provocans ad libidinem, tunc in utroque ex malitia peccatum reparatur: in viro, quod oculos deccat in talem mulierem; in muliere, quod tales ad capiendas hominum animas pareat insidias. Miror Casuistas nonnullos obtrudentes, opus valde grave feminis esse habere

K 3 super-

superflui cultus moderationem: quippe mille scrupulis torquerentur, inquit illi, si ad regulam aliquam in suo ornatu servandam astringerentur. At, repono ego, nunquam feminas ex observantia divini, naturalisque mandati, quo astringuntur modestæ, & iuxta pudoris, ac verecundiæ regulas se induere, tot scrupulis angî, quot sollicitudinibus, anxietatibus, & molestiis vexantur, ut nimio se se vestitu ornent. Quæ cura, quæ so, in hæcendis crinibus, in cincinibus vertendis, torquendisque? Quæ servitus in vestium dispositione, in laterum compressione? Quis labor in vultu expositione, in universo capite examinando, formandoque? Quæ denique molestia, quam longa, quam assidua, quam repetita in auribus, brachiis, manibus que onerandis gemmatum, mortuorum, aurorumque pondere? Qui impetus que industria? quot artes, ut conquirantur pecunie? Quæ iurgia, quæ dissidia diurna, nocturna que cum genitoribus, cum maritis, cum domesticis omnibus? Quot furta, quot adulteria, quot fraudes, quot rapine, quot gemis, quot singultus, quot fremitus? Quæ emulationes inter ipsas mulieres, quarum quælibet vexillum vanæ stulticiæ explicat, quælibet ambitiosum palmam alteri præripere studet? Hi sunt consuetus, hæc crudelia bella, quæ vanarum muliercularum corda, animoque discerpunt. In his præliis, fistilibusque occupationibus tempus terunt, patrimonialia perdunt, atque semetipsas excruciant. Hæc vero omnia levia sunt, si cum ipsis conferantur malis que hoc ipso effusio luxu sibi mulieres comparant. Medicamina quæ ad crines dealbandos, rufandos, adulterandoque adhibent, frequenter illos evellunt, remanentque illorum capita ut pepones decalvata, quemadmodum minatur Iaias Propheta. Quin vel ipse Ovidius *Lib. I. am. eleg. 14.* in puellam que nimio studio comam venulabat, his carminibus ludit.

*Diebam: Desiste tuos medicare capillos:
Tingere quam possis, iam tibi nulla
coma est.*

Sed quid, inquit P. Albertus de Albertis *disp. 1. cap. viii. §. 12.* capillorum iacturam dumtaxat commemoro? Ipsam vitam, qua nil carius, nihil pretiosius in hac mortalitate habetur, hæc fucata ornamenta aut decurrant, aut tollunt: sanitatem vero frequentissime inficiunt, nativamque pulchritudinem deturpant. Galeni auctoritatem in hanc rem asserti laudatus P. Albertus. Ille enim *Lib. I. de medicam. compof. cap. xix.*

& Aetius *Lib. II. Tetrabibl. ser. 11. caps. lviii.* testantur se plures agnovisse mulieres, ob cosmetica unguenta ad venulandam comam adhibita, obque alia pharmaca, quæ extremo frigore capiti insidiantur, morte immaniter sublatas. Sed missa antiquorum auctoritate, nonne ipsi conspicimus harum feminarum plurimas ob adhibitos fucos, sibia, idque genus similia, variis sæpe consuetiari morbis? Rogata illarum frons, crispata genæ, atrî dentes, nigra labia, halitus gravis, ac foetidus, pelles laxæ, vultus antea tam exquisitè lavigatus, pudore oblitus, rugis que sulcatus, ceteraque huiusmodi nonne omnium oculis patent? Suppetunt nunc recentiores Casuiste immodici feminei cultus incommoda que recentissimæ. Dicant, levia ne sint hæc. Negent, si valent, centuplo graviora hæc esse præ illis quæ secum desert cultus modestus, ac sobrius. Quid scrupulis affliguntur mulieres, si intra confinita temperati ornamenti se continere iubeantur? Ne ergo scrupulis agitentur, laxanda illis erunt in aliis quoque rebus sobrietatis regulæ? Non amplius cibi, potus, somnique limites præscribendi erunt, ne scrupulis excrucientur animæ illæ? Quid rationi infestus?

IV. Reponent forsitan, superfluum ornamentum non vacare veniali culpa, sed letalis illum damnare criminis maximo esse feminis incommodo. Verum, si mulieres nequeant absque gravi incommodo ab ornatu superfluo se se cohibere; nullum, nec veniale, crimen perpetrarent, illum usurpantes: quippe nemo tenetur cum maximo sui detrimento, nec sub veniali noxa, proximo subtrahere omnem peccandi occasionem. Qua ratione ut quis gravissimo se se subducit incommodo, potest ab usurario pecunias mutuo accipere sub usura. Pari iugte iure mulieres poterunt effusio luxu comæ concedere, etiam si prævideant prolapsuros homines in flagitia, propterea quod nequeant sub eiusmodi ornatu ad venerem incitare, absque gravi incommodo se se abstinere? Hoc certe nemo dixerit. Nec est quod opponas, veniale culpam superflui cultus feminei, non ex provocatione ad venerem proficisci, sed ex nimio sumptu, ex prodigalitate, ex vanitate, & ex aliis circumstantiis interpenetrantibus, & excessus in illo genere. Non est, inquam, quod hoc opponas: quoniam immodica comestura, vel nimius potus, ex quo prævideatur pollutio oritur, non modo contrahit malitiam oppositam sobrietati servandæ in cibo, potuque, verum etiam

ma-

malitiam mollietati. Ergo etiam ornatus muliebri, suapte natura ad venerem provocans, non malitia tantum prodigalitati, superbiæ, & vanitati inficitur, sed scandali quoque culpa polluitur. Porro hoc incommodum, si adesset, etiam in sententia adverlariorum, non eximeret saltem a culpa veniali nimium sumptus, vanitatis, & superbiæ. Ceterum quam commentitius sit prætextus istius gravis incommodi quod mulieres subirent, si a superfluo ornatu abstinerent, evidentiùs ostendo. Iure naturali, divinoque veritas est superfluis, & immodicus ornatus: ergo nullum ius ad eundem mulieres habent, ut late ostendit præfatus P. Albertus de Albertis. Si nullo potiuntur iure ad eundem immodicum ornatum, nullum subeunt in eiusdem privatione incommodum, vi cuius exulare quoquo modo præfati ornatus usum valeant. Hæc de causa, quia mendacium natura sua vetitum est, nemo ad illud adhibendum ius habet; neque perpetua illius abstinencia incommodum tale adfert, quod illius usum licitum constituat.

V. Accedit, si Respublicæ, si Episcopi sub poena gravioris culpe immodicum ornatum prohibeant, peccarent sane mulieres omnium Theologorum consensu, si, spretis legibus, superfluo cultu uterentur. Et tamen si gravi incommodo abstinencia a tali ornatu eisdem esset, legum observationi minime essent obnoxie. Quid quod non modo incommodo non est effusio luxus privatio, sed maxima asserti commoda, ut supra indicavimus. Experimento, comperit est, mulieres honeste, reverendo, gravique ornatu compositis plaris ab omnibus fieri, universamque existimationem, & obsequium illis deferri. Contra vero mulieres fucate, luxu, pompique vanis deditæ, mentis vacuæ, familiarum pestis, castitatis syrtes, animarum laquei reputantur.

VI. Obiicies 1. Pulchritudo naturalis mulierum efficacius permovet ad libidinem quam ornatus adiectus. Illam publico aspectu exhibere culpa caret. Idem ergo de ornatu dicendum. Resp. Nimum fallax est conscientia hæc. Necessaria est nativa venustas, quam præpositus nature effector indidit obfusus, laudatque fines. Quapropter peccata que inde derivantur, nequeunt in mulierem regeri. Accedit quod pulchritudo res indifferens est, nulla lege prohibita. Et tamen, ut ex Tertulliano vidimus supra, dissimulatio quadam regenda interdum est. At immodicus ornatus voluntarius est, lege divina,

& naturali prohibitus. Nulla ergo potest ratio de crimine purgari, & quidem mortali, quando superfluis luxus graviter ad libidinem provocat.

VII. Obiicies 2. Ruina proximi veneri consentientis ex aspectu mulieris compe, ex viri malitia, non ex ornatu mulieris oritur. Viri quippe lapsus præter intentionem mulieris se se ornatis est; atque adeo illius ornatus, non causa, sed occasio tantum est alterius ruine. Quare vis ethicæ periculi tota nascitur ex temeritate eorum qui experti periculum in aspectu mulieris nimum cultæ, in eadem nihilominus defigere oculos volunt. Sublata itaque prava intentione mulieris, illius ornatus quamlibet superfluous non erit letalis. Resp. Hæc sunt potissima adverlariorum principia, quæ huic argumento aptata improbabilia profus sunt, & falsa. Et primum ad pravam intentionem mulieris quod attinet, perperam opponitur. Hæc prava, & directa intentio mulieris provocandi spectatores ad libidinem, nullum habet in illorum animos influxum, nec ad illorum corda pertingit. Intra mulieris animum silit gradum, nec ultra pergit; nec ornatum efficacius incitantem ad luxuriam constituit. Nulla inter Theologos questio unquam fuit; sed convenit penes omnes, mulierem quæ expulso animo alios ad venerem incitandi se se ornata, mortaliter delinquere. Verum iterum repeto, hanc directam pravamque intentionem extraneam omnino esse disputationi nostræ. Duplex supra distinctio scandali. Directum alterum, quod pravo, & expulso seducendi proximum animo perficitur; indirectum alterum, quod in ipso exteriori actu, seu ornamento situm est. Si hoc sua natura ad libidinem provocat, fustilis est directa mulieris intentio. Hæc mulierem solum ledit, & inquit. Exterior vero cultus, & venustus spectatorum oculos inficit, poluitque animos. Iam ex D. Thoma, communique Theologorum consensu probavimus, scandali activi indirecti reum esse quemcumque qui suo distero, vel factio alios ad peccandum inducit; quamvis hoc præter illius intentionem contingat. Ut quid ergo opponitur lapsus spectatorum præter mulieris vanæ intentionem accidere; si eius superflui cultus, & immodicum ornamentum respice ad luxuriam incitat? In quolibet scandalo indirecto peccati causa voluntas est ipsius peccantis. Propterea ne scandalum præbens immunis a culpa est? Sed, inquit, mulier superfluo ornatu in-

K 4

ce-

cedens neque per se, neque per accidens causa est alienae culpa; sed occasio duntaxat. Verum habet. Quin etiam vel ipsa mulier directa intentione se ornans, ut alios seducat, occasio, non causa est alterius ruinae; si presse loqui velimus: quippe ex hac expressa intentione interna dictum, vel factum nihil maioris efficaciae in aliorum animos habet, ut dictum est alias. Falsum itaque est quod cum alius Caietanus asserit, nempe mulierem ornata notabiliter superfluum comptam neque per se, neque per accidens velle ab illis concupisci, vel alios ad libidinem concitare; sed tantum velle illum ornatum, ut suae satisfaciat voluntati. Siquidem qua voluntate mulier superfluum ornatum, sua natura ad libidinem provocantem, ostentat, eadem pariter spectatorum ruina spirituales velle vincitur. Quod rursus muliebris ornatus notabiliter superfluum incitet ad libidinem, iam supra ex Scripturis, & Patribus ostensum est. Immo potissima ratio, cur Scripturae, & Patres tam vehementer invehantur in muliebrum cultum, non est vel vanitas, vel ambitio, vel nimis sumptus; sed est spiritualis hominum ruina, lapsus spectatorum, ex illius ornamenti aspectu proficiens. Quippe vix fieri potest quin homines seculi oculos concitant in mulieres nimium comptas. Ex tali vero aspectu grave oriri periculum, nemo qui Scripturis sanctis, rationi, & experimento renuntiare nolit, negare audeat. Neque repone potest, remotum hocce periculum esse, minime proximum. Quoniam periculis remotis plenus est orbis; nec peculiari aliquo mandato eiusmodi pericula remota vetantur. Nimius vero feminarum cultus severo in Scripturis prohibetur. Quare, nisi experientia comperta esset tanti periculi efficaciam, sola divina prohibitio eiusmodi periculi vim pallam faceret. Plura habet Caietanus cit. 2. 2. quest. clix. art. 2. Primum per ipsam le-taliter delinquent primi qui immodicum cultum, vanaque vestium consuetudinem invehunt. *Graviter tamen peccant primi* (inquit) *utentes vestitibus occasionaliter damno- sis proximo, proferentes suae vanitatis as- sectum proximoque necessitati. Quia tamen excusare se possunt, dicendo: Non imitatorum qui non possunt, qui non vult: faciat unusquisque sumptus iuxta suas facultates, & non sit stultus: ideo nec contra caritatem, nec contra iustitiam actus iste est; valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates, & graves quas habet, dum & conse-*

tudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria, ac sultitia non sine scandalo committitur. Ex his clare habetur, aquam haesisse tanto viro haec pertractanti. Fateri graviter peccare illos qui primum immodici ornamenti morem invehunt: & vestitio addit eisdem nec caritatem, nec iustitiam laedere, quia excusare se possunt dicentes: *Non imitator nos qui non possunt* &c. Si haec ratio consisteret, omnes a reatificandis indirecti se liberare quirent. Quopropter iterum haec retractat, subsdens: *Valde tamen reprehensibilis est* &c. Pugnantly loquitur, quia nemo quidquam potest adversus veritatem.

VIII. Obiicies 3. Muliebris cultus, quamvis immodicus & superfluus, vim obtinet consuetudinis; a qua si recederent feminae, deriderentur. Consuetudo autem minus movet. Resp. Adversus praecipuum naturale, diviniunque, cuiusmodi est hoc quod muliebris superfluum cultus formam prohibet, nulla praevalat consuetudo. Consuetudo minus movet. Verum habet. Ergo non movet? Si familiaris consuetudo adimeret effluo mulierum luxui, vanisque illarum illecebris vim permovendi ad venerem, superflua fuissent divina mandata. Quamvis asserendo quidquam efficacitatis ad excitandam intemperatam muliebris ornamento, minime tamen tollit quin ad hanc notabiliter permoveat concupiscentiam. Assueti homines erant in aspectu eiusmodi ornatus tempore Apostolorum Petri, & Pauli. Propterea ne a prohibitione praefati ornatus Apostoli abstinere? Numquid Patres non repulere hanc affectu- dinis excusationem? Concupiscentia adeo fera est, indomitique, ut nulla assuetudine manifestat, sed infrunitur, effreniorque ex mulierum comptarum aspectu evadat. Hinc vires recipit, & latentem ignem foras emittit. Nugae sunt, & palmari experientia ad- versari praeterea. Id, videlicet quod homines soliti videre mulieres comptas, minus libidinis igne urantur. Quid ergo consuetudine obrudis? Quaedam sunt quae familiaritate, & usu non modo vires amittunt, sed roborantur; minaque freno cohiberi va- lent. Accedit quod muliebris ornatus nunquam in eodem statu permaneat. Ne enim virorum fastidio, & satiati sit continuata eiusdem feminae ornamenti visio, quotannis mulieres novam excogitant indumenti rationem. Ex Anglia, Galliae recentia forma induta idola, seu exemplaria vanitatis, ambitionis, & impudicitiae per universam fere

§. XII.

Peccant ne letaliter mulieres qua nudata peccare incidunt?

I. Convenit inter Theologos omnes nu- ditatem mamillarum, si sit praeter consuetudinem patriae, esse letalem. Omnes damnant mortalis flagitii mulieres illas quae in aliquam civitatem abotum hunc invehent. Dissident vero consuetudine invec- ta. Recentiores non pauci innoxiam a gravi culpa defendunt hanc peccatoris nuditatem, si sit secundum morem patriae, nimirum si abitus per civitatem serpit. Hanc opinio- nem defendunt Caietanus 2. 2. quest. clix. art. 2. & in sum. verb. *Ornatus*, Sanchez Tom. III. de matrim. Lib. IX. disp. xvii. num. 26. Azucius par. II. Lib. XII. cap. xviii. quest. xiii. quest. xiii. Lib. I. cap. vii. num. 11. quest. xiii. Trullenchi Lib. I. cap. vi. dub. 5. n. 21. Bon- nacia de matrim. quest. iv. punct. 9. Diana card. Tom. VII. tract. v. res. II. Salman- ticensis tract. xxi. cap. viii. punct. 5. §. 2. num. 61. Tamburinus in Decal. Lib. VII. cap. viii. §. 8. Sporer in Decal. tract. v. cap. I. sect. II. num. 39. Martinus Wi- gand tract. v. exam. I. num. 17. Laudati Salmanticensis haec scribunt. „ At vero si hic ornatus non sit iuxta morem patriae, abque dubio erit letale eo uti: unde si aliqua femina nunc in Hispania, ubi ex- emplo nostrae catholicissimae Reginae fe- liciter regnantis penitus hic peccatus or- natus eradicitus est, iterum eo uteretur; proculdubio graviter peccaret: quia in- dita magis novent, & excitant. Quare diligenter a Confessoris, Praedicatoribus, animarumque Pastoribus opera danda est, ut huiusmodi scollarum nullatenus intro- ducatur: & si ad hoc opus laetus, sub mo- tali tenentur abolitionem sacramentalem negare, & a sacra iuxta eas repellere. „ Haecenus illi. Si peccata absolute est con- suctudo isthac, qui fieri valet ut licita quan- doque evadat?

divasentur Europam. Italia nostra praeter hoc stultitiae fermento laborat, iugoque vestitium ad arbitrium, geniumque transalpinorum le subdit; ac si adeo hebetes Itali essent, ut nescirent concinnam vestitur formam delineare. Et sic famam, gloriam, pecuniarum una prodigunt. Ad alium autem cavillum, quo se excusare contendunt mulieres; aientes, se deridendas exponere, nisi ornatum suum ad moris obrinentis exem- plar conformet, obvia responsio est. A quibus, quorsu, irridebantur? A probis, morali- que? Non sane. Ab improbis ergo. Quid hoc in evento Evangelium docet? Quid Paulus? *Si hominibus placerem, servus Christi non essem. Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam & ego cum coram Patre meo.* Sed audi Dionysium Carthusianum in Direct. nobil. art. 13. *Si autem aliqua nobilis femina, qui illustri virgo ab aliis disti- natum, irridetur, adversaque patitur, quia non vult se illis conformare in vanitatibus, atque superbiis; debet hoc propter Deum li- benter, & cum gaudio sustinere, & recordari quod ait Salvator: Beati qui persecutionem &c.*

IX. Obiicies 4. Mulieres venialem ad sum- mum contrahunt culpam superflue se ornantes. Porro ornatus, venialis tantum malitia pollutus, non potest fieri mortalis; cum peccatum veniale nequeat fieri mortale. Tene- batur mulier sub letali culpa omittere or- natum suum, venialiter duntaxat regulas for- bicitatis praetergredientem? Inquam superfluitas esset, asperitumque: Resp. Sophisma hoc fuit, quareque nullius sine momenti. Veniale dum placet, dum ruinae proximi inferit, dum declinari abique illo incommodo, immo cum magno emolumento potest, fieri mortale fatentur omnes, & habetur in cap. *Unum orationum* dist. xxv. §. *Criminis*. *Nullum esse adeo veniale*, ibi dicitur, *quin fiat criminale, dum placet.* Consule D. Antonium II. Par. iii. iv. cap. v. §. 7. ceteroque Theologos. Quare, licet excelsus or- namenti absolute ipeccatus venialis tantum- modo esset, attentus tamen circumstantiis om- nibus, & maxime scandalii inde proficiens, mortalis est. Alias excitationes placendi mar- itis, illoque ad adulterio abducendi, spon- salia, & conubia inveniendi, ceteraque id genus effugia, & his quae haecenus diximus, labefactata omnia remanent.

II. Relata sententia omni caret, ut ego quidem arbitror, probabilitate, upote ratio- nis, & auctoritate defutura. Si enim a praefatis Theologis perconteris, quia Scrip- turarum, quae antiquorum auctoritate talem consuetudinem permittant feminis silent o- minino, & obmuticent. Ratiunculas vero

pectoris nuditatem irriter venerem, concupiscentiam provocare, remollescere ex hoc aspectu juveniles animos: ac propterea ne introducat, consuetudo, curandum esse, & invecitatem vero confestim evellendam asserit, ne latus emittat radices. Nemo non videt hæc minime coherere posse cum primis. Si exposita ubera partem efficerent nativæ pulchritudinis, quemadmodum illius ostensio consuetudinem reprobam haudquaquam inducit, ita nec illorum nuditas. Sed hæc, Caetano iudice, ablutum extripandum invenit: ergo male arguit ille ex licita offensione naturalis pulchritudinis licitam mamillarum nuditatem.

VIII. Paucis omnia perfringo in maiorem nostræ sententiæ confirmationem. Ille muliebris ornatus iure naturali, ac divino vetitus austerius qui luxurie illicitum est. At nuda ubera, ornamentorum præstigiis micantia, limites moderati ornatus transiunt; præcædem evincunt impudentiam, atque adeo impudicitiam feminarum quæ eadem exerta propterea deferunt; venerem provocant virorum, qui in eadem oculos vel nolentes concipiunt. Ergo flagitiosa est nuditas isthæc. Nec reponas, invecita consuetudine, vim allicienti viros amittere, quia usitata minus, & insolita fortius permovet. Apagè nugas istas. Si usus tollit vim movendi, aufert quoque pulchritudinis leporem, & elegantiam: quia nova, & insolita magis placeant. Cur ergo asseris nuda hæc ubera venustatem augere? Cur subdis maritos magis allicere, si ob oculos continenter eadem habent? Accedit quod juvenes, florente ætate, & dum ferventius ardet libidinis flamma, huic aspectu non sunt affueti. Nova illis est nuditas hæc, atque in eandem defungunt oculos, & impotentem concupiscentiam rapiunt. Ad summum senes facti, ex continenti eiusmodi aspectu dici possent affueti, minusque moveri; secus, utique dum florent ætate. Criminosa ergo, scelerumque plena est consuetudo hæc. Quod urgentius evincitur. Consuetudo quæque rationi conformis sit oportet, bonoque communi consentanea. Quæ enim vel rationi, vel bono communi repugnant, omnium Theologorum consensu exitialis est, & reprobanda. Sed consuetudo nudandi ubera muliebricia malorum occasio est plurimum, bonoque communi repugnat. Nullum e contrario bonum adfert, nec spirituale, cum juvenes maxime ad venerem provocet; nec temporaneum, ob sumptus maximos in or-

natu, vestibus vanis, ceterisque pompis quæ propudiosam nuditatem comitari debent. Ipsi denique feminis hæc nuditas incommoda est. Hiemali tempore subiectas vestibus prunas continenter mulieres habent: vix quadrantem abeile valent ab igne: & delicatissimam pectoris partem rigidissimo frigori nudam exponunt in publicum prodeuntes. Verum, si in flagitiorum penitentiæ imponas eidem, ut templum nudis pedibus adeant, crudelis levitatis te damnant. Ut vanitati, & ambitioni, ne dicam demoni, sacrificia licent, omnia valent: frigoris rigorem floccifaciunt, delicatiori corporis membra vexant, latera vi maxima comprimunt, & fringunt, ut ubera magis turgant, ac totius corporis structura elegantior, venustiorque appareat. Contra vero delicatule sunt, & perinfirmæ, quoties ieiuniis, disciplina, cilicis, ahiisque christianæ penitentiæ operibus eluenda iunguntur, vel gravissima. Consuetudo ergo nudandi mamillas perniciosa est, rationi, verbo divino, Patribus, gravioribusque Theologis contraria. Non itaque consuetudo, sed abusus, & corruptela enormis dicenda est. Ubi serpit, & bacchatur, illic pro viribus extripanda est: ubi non viget, summo studio curandum, ne illud introducat. Momenta quibus adversa sententia nititur, commentaria omnino sunt, vana, & falsa. Placeat describere quæ de fautoribus illius opinionis exarata reliquit P. Albertus de Albertis *disp. 11. cap. 1. §. 3. n. 43.* Auctores quippe, prima opinionis animadvertentes feminæ pectoris nuditatem per varios populos in veterata consuetudine sparant, ut hos a damnationis periculo, in quo, ea opinione tanquam improbabili reiecta, omnino iacebant, revocarent, non dederunt sane operam ut talem corruptelam ex facie Scripturæ, veterum Patrum, & rationum præscripto, ut par erat, redarguerent, simulque evellere conarentur; sed e contrario proflus, ut huiusmodi corruptelam honellarent, pia affectione, & intentione ducti, divinam Scripturam, antiquos Patres, graveleque rationes, per blandè mitigare, ac in eiusdem consuetudinis patrocinium traducere non legenter studuerunt. Quod quam aperte, & stomachabunde a D. Hieronymo, a D. Augustino improbetur, iam supra in ipso met prælium observavi. Nihilominus iudicem Doctores, emicantibus veritatis radiis percussis, conscientiaque isti, & vi-

eti,

eti, manus ei tandem herbamque porregerunt, & sine furo, & fallacia confessi sunt, eandem ipsam nuditatis femineæ pectoralis consuetudinem, quam tuebantur, tanquam libidinis illicitum, hoc est velut manifestam corruptelam, esse extripandam: hac confessione dilucide testati, talem consuetudinem esse flagitiosam, ac turpem, neque feminis pectus nudandis ullum exultationis scutum præbere; sed, ut compertam impudicitiam testem, ipsam habent, quemadmodum Doctores secundæ sententiæ illam nuncupant, ita etiam certum damnationis prælium illud dem constare, ut ex dictis abunde satis iam liquet.

IX. Plura alia prælo forent argumenta; sed vel ad veriorum confessionem introduchio illius consuetudinis, seu corruptelæ, grave crimen est; invecita vero extripanda. Secum ipsi pugnant, dum morem hunc evellendum statuunt, unaque innoxium docent. Scripturæ, Patres, Theologi declamant contra nimium cultum, ac nuditatem feminarum quæ inveterate consuetudinis scuto le tegebant, ut potissimum ex Tertulliano habetur. Hæc quippe scribit de vel. *vix. cap. 111. Exurge agitur veritas, & quasi de parente erumpit: nullam solo consuetudinem defendas: nam iam & illa consuetudo sub qua te fruebaris, expugnatur. Te esse demonstra que virgines tegit. Ipsa Scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit: si enim nosset, nunquam esset.* Non tempus expedit ergo ultra terere in re abunde comperta.

CAPUT X.

De feminis quæ se conspiciendas offerunt viris a quibus turpiter adamari prævident. Nulla præmittitur de scandalo Pharisæorum, & pusillorum.

Hactenus disputatum est de honesto, & superfluo feminarum ornatu, quatenus decessus, & honestus, aut purior, & inhonestus est. Honesto decente ornato comptas mulieres publicum subreptum conspectum licite posse, Scripturarum testimonium ostendit. Iudith vidua castissima induit le ornamentis lætitiæ, mitram capiti imponit. Esther mulier sancta splendidi comitatu, fulgidoque vestitu ante Assueri thronum constitit. Ioseph quoque vestem induit polymitam. Hæc, & alia exem-

pla ex Scriptura suppetunt, quæ tamen erronea interpretatione a quibusdam deorquentur ad recentes vanissimas muliercularum pompas honestandam, quam quantum a veritate, & Scripturarum scopo abladat, hoc est diximus, patet. In veteri testamento sanctissimas feminas comptas, pretiosive vestibus indutas icimus. Quomodo ergo Apostolus vetat ne pretiosa veste mulieres utantur? Dicendum ne erit cum Lestio, Caetano, & aliis, verba Apostoli prolixis dumtaxat temporibus intelligenda esse? Minime gentium, ut supra observatum est: sed sano in sensu verba Apostoli interpretanda sunt. Ut ea quæ supra dicta sunt, luculentius explicentur, duplex diligendus muliebris ornatus est: alter pretiosus, & splendidus, qui spectatorum obsequium, & exhibitionem sibi conciliat; alter qui immobilis, impudens, & lascivæ indicia præfert. Secundus, non prius, ab Apostolo prohibetur. Fatemur itaque in muliebrici, ac virili vestitu quædam præcepti prohiberi: quædam ad maiorem modestiam, pudoremque consili. Exhortanda mulieres sunt, ne auro, argenteoque intextas vestes deferant, ut gemmas, & annulos, maritali excepto, dimittant. Verum hæc vestitus modestiam formant nec nos precipimus, nec Apostolus præcipit. Consilium, & exhortatio possunt, & pro tempore debemus: sedicus imperare, & iubere; quia nec id Apostolus iubet. Alioqui principes femine, Regineque, quæ aurata indumenta gerunt, letaliter delinquentur: quod ablutum est. Apostolus sub præcepto vetat ornatum invereendum, immoderatum, superfluum, quod ex pluribus confugit; videlicet ex capitis nuditate, vultu furo, vestitu aut status conditionem excedente, aut forma minus pudica, denique ex pluribus circumstantiis quæ iuxta prudentem examinationem dedecet christianam modestiam, verecundiam, & gravitatem. Opportuna est D. Antonini doctrina II. Part. titul. xv. cap. v. §. 8. *Ad secundum, scilicet de doctrina Apostolorum, ad hoc respondetur, quod non omne quod est contra doctrinam Apostolorum, est mortale, aut indispensabile: sed solum quantum ad ea quæ pertinent ad fidem, vel bonos mores necessarios ad salutem. Nam sicut in lege antiqua circa moralia, & evangelica, & canonica lege quædam ponuntur præceptiva, quorum transgressio est mortale, quædam mandatorie inducentia transgressorem ad veniale, quædam consultiorie ad nullum omniten-*